



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**In Vaticinia Isaiae, Prophetae Clarissimi, Paraphrasis,  
Heroico carmine conscripta**

**Carpenteius, Joannes**

**Antverpiæ, 1588**

Cap. 19.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68688](#)

Nare trahet nidor) quo quis sufficerit anno.

Per clades  
& exempla  
Isepc hi vt  
populus refi-  
picat, &  
Deum seseq;  
agnoscat.

<sup>7</sup> Edita damnata tam fæda exempla per urbes  
Mutabunt populorum animos, patriasque reducent  
Hebrais leges, & sacra domestica: tum gens  
Vel serò tandem resipiscere docta, suoque  
Conciliata Deo, quem sponte reliquerat olim,  
Inq. peregrinos consenserat impia ritus,  
Gens præstans aliis, gens formidabilis hosti,  
Dèque Dei præsentis ope secura, nihilque,  
Ut prius, horrescens latè exundantia regum  
Arma propinquorum, tutò iuga celsa Sionis  
Ascendet, iuga sacra Deo, repetitaque præsco  
Dona ferens ritu, renouatas sistet ad aras,  
Atque intermissos Dominò instaurabit honores.

Cap. 19. Interea, tua te latrantis cultor Anubis.

<sup>1</sup> Impie Niligena, infesto sub iudice pæna:  
Dira manet: Deus, ecce, Deus nube alite vectus,  
Tempestas velut atra tuos descendet in agros,  
Pérque fera ingentem effundet, per culta procellam.  
Non feret aetherei flammantia numinis ora  
Semiferum vagat turba deum, mirabitur Isum  
Puluino excusam mystes succinctus ab aureo,  
Cateraque euersis simulacra iacere columnis.  
Quisquis iter Pharia faciet regione viator.  
Tum pauor attonitas mentes & frigida sternet  
Pectora, pérque omnem sese circumferet oram.

<sup>2</sup> Namque ego quem penes est creperi fortuna duelli,  
Qui bellis dispenso vices, quem mille sequuntur  
Vlrites scelerum, quacunque incedo, cohortes,  
Mutua (ait Deus) vnanimes in prælia fratres.  
Armabo, litésque seram, <sup>3</sup> quibus omnis apertas  
Immani rabie Pharos exardescet in iras:  
Committam ciues cum ciuibus, urbibus urbes,  
Et vicos viciis, & regna potentia regnus:  
Mobile scindetur studia in contraria vulgus,  
Quemque suæ rapient scelerata in prælia cause.  
Non ratio, non consilium, non vota valebunt:  
Omnia præcipiti faciam irrita turbine ferri.  
<sup>4</sup> Mox versi ad tripodas, & diunum oracula suorum,  
Nequicquam responsa petent: cortina tacebit,  
Neo sua diuinus solitum in præcordia numen  
Accipiet, muto Pythonne irrisus abibit  
Consulor, nec ab auguribus vocem exprimet ullam,

<sup>7</sup> In tempore illo de-  
feretur munus Do-  
mino exercituum à  
populo diuulso & di-  
lacerato. A populo  
terribili, post quē non  
fuit à gēte expectan-  
te, expectante & con-  
culcata, cuius diripue-  
runt flumina terram  
eius ad locum nomi-  
nis Domini exerci-  
tum montem Sion.

Cap. 19.

<sup>1</sup> Onus Aegypti. Ec-  
ce Dominus ascendet  
super nubem leuem,  
& ingredietur Aegy-  
ptum. Et cominoue-  
buntur simulachra  
Aegypti à facie eius.  
Et cor Aegypti tabe-  
scet in medio eius.

<sup>2</sup> Et concurret fa-  
ciam Aegyptios ad-  
uersus Aegyptios: &  
pugnabit vir contra  
fratrem suum, & vir  
contra amicum suum,  
& ciuitas aduersus ci-  
uitatem, & regnum  
aduersus regnum:

<sup>3</sup> Et disrumpetur spi-  
ritus Aegypti in visce-  
ribus eius: & consiliū  
eius præcipitabo.  
Et interrogabunt si-  
mulachra sua, & diui-  
nos suos, & Pythones,  
& Ariolos.

*Incertusque sui, miser omnia fata timebit.*

4 Et tradam Aegyptū  
in manu dominorum  
crudelium, & rex for-  
tis dominabitur eoru-  
dicit Dominus exer-  
cituum.

5 Et arescit aqua de  
mari, & fluuius deso-  
labitur atque siccabi-  
tur.

6 Et deficient flumi-  
na, & attenuabuntur  
atq; siccabuntur riu-  
aggerum. Calamus  
& iuncus marcesceret.

7 Nudabitur alueus à  
fonte suo: & omnis  
fementis irrigua sic-  
cabitur: arescit, & nō  
erit.

8 Et mōrebūt pīca-  
tores, & lugebūt om-  
nes mittentes in flu-  
men hamum; & ex-  
pandentes rete super  
faciem aquarū, emar-  
cescent.

9 Confundentur qui  
operabantur linum,  
plectentes & texentes  
subtilia.

10 Et erunt irrigua  
eius flaccentia, omnes  
qui faciebant lacunas  
ad capiendo pisces.

11 Stulti principes  
Thaneos: sapientes cō-  
siliarij dederunt con-  
sillum insipies. Quo-  
modo dicitis Pharaon-  
i: Filius sapientium  
ego, filius regum an-  
tiquorum?

12 Vbi sunt nunc sa-  
pientes tui? Annun-  
ciant tibi quid cogi-  
tauerit Dominus ex-  
eritum super Ae-  
gyptum.

\* *Interea immitti meritos male méque perosos*

*Addicam domino æternū, seruosque tyran-  
Crudeli astringam imperio, iussisque superbis.*

\* *His etiam cumulata malis accedet egestas,*

*Truxque fames & cunctarum penuria rerum:*

\* *Namq; (quod haud unquā visum, fando-ve relatum  
Lagai meminere senes) arescit ab ipso*

*Fonterapax Nilus, solitam neque voluet aquarum  
Congeriem in campos, sperata meſis alumnam.*

\* *Nil opus aggeribus flumium cohibere tumentem,  
Iam nullas, quibus auctus, aquas, erumpat, habebit,  
Et vada scca nouo durescent sole, nec ullum  
Ripa feret iuncum, aut calatum fluvialis arundo,  
Ipsaque marcescat defecta humore papyrus.*

\* *Flete senes, quibus innocuum modo retia victum*

*Tensa dabant, pīcēsque hami fallentis ad escam  
Captiui, lugete quibus pīcosa fluenta,*

*Squamigerosque effossa grezes viuaria claudunt;*

\* *Et qui subiles gracili de stamine telas  
Texitis, albenti filum componere lino,  
Et filo docti raro connectere casses;*

*Vestra ars, o miseri, vester labor omnis abibit*

\* *Irritus, exhaustis que vos aliuisse solebant*

*Piscinis, fluuiisque nouo feroiore perutis.*

\* *Nec verò cæcis Deus hæc præscire magorum  
Præfulibus, quos Memphis alit, quos Thani adorat,*

*Consiliis-ve dedit præscita auertere sanis.*

*Errauit fœde hic sapientia lapsa, suamque  
Prodidit irrigam falsis euentibus artem.*

*Vos, quibus indocti iocus est imponere plebi,*

*Qui reges iactatis auos, qui sanguinis istud*

*Sorte dari vobis memorabile munus amica*

*Fingitis, & serie per sacula multa perenni*

*Transire in seros ab anis, patribusque nepotes;*

*Dicite quas tandem Phario sua fata tyranno*

*Sicut anti ambages, aut qua responsa canetis?*

*Quid feret insano trepidus consultor ab ore?*

\* *Ah miser, ah ubi sunt, quos usu æuoque peritas*

*Mirabare viros? num premonitoribus illis,*

*Iam iam erupturam præscisti numinis iram?*

*Haud ita cornigeri cultor mitrate iuenci,*

*Qui Thanim Memphisque tenes ditione superbam,*

*Haud*

Seruitus seb  
regibus & ty-  
rannis.  
Fames, extre-  
mum omni  
necessitatum  
humanarum.

Olim apud  
Aegyptios  
sactorum &  
oraculorum  
gentile erat,  
& à patribus  
transeat ad  
filios.

Apostrophe  
ad tyranum.

Ingens Reip.  
vulnus, cùm  
magistratui,  
& doctrinae  
Euangelicae  
dispensatori-  
bus mentem  
cristi Deus.

*Haud ita: 13 namque tuos subita vertigine vates  
Perculit armipotens Dominus, mentemque cerebro  
Subuerso eripuit, ne vera & sana viderent,  
Consiliisque suis patriam ciuesque iuarent,  
14 Incertos, inopes animi, rationis egentes,  
Attonitosque magis, quam qui superante Lyao  
Ebrius, & vomitu Mareotica vina rejectans,  
Non capite officium, pede non faciente, vacillat:  
15 Talis erit tota Aegypto lymphaticus error,  
Nam capite à primo, turbæ popularis ad ipsam  
Extremam faciem, tenerisque pueri ab annis  
Ad plenum etatis robur, validamque iuuentam,  
Nullus erit patriam qui sustentare labantem  
Consilio. ve manu. ve queat: metus & pauor omnes  
Consternabit iners, totque olim fortia bello  
16 Pectora, femineo constricta horrore glacescent:  
Quippe Dei manus irati, telumque minantis,  
Immittet gelidum tremefacta per ossa timorem,  
Consciique horribili pulsabit corda tremore,  
17 Vile etiam nuper nomen victoris Iude  
Auditum tantum Phariis (quis credere posset?)  
Gentibus horror erit, quin & meminisse nocebit,  
Quando recordanti magni miranda Tonantis  
Gesta, repente metus frigentia membra subibit.  
18 Fortunatae urbes, que quinque ex omnibus iram  
Effugient, & mite iugum Domini armipotentis  
Suscipient, ultrisque illi sua nomina dantes,  
Mutabunt Phariam Chanan eo idiomate linguam:  
Atque adeò inter eas fortunatissima priscis  
Condita que seculis, claro se nomine tactat  
Aetherei Solis: nam mox euersa videbit  
Centum illic que Sol deus aurea templata tenebat;  
Et vanæ morem ritumque superstitionis  
Ad Dominum solis lunæq; reuersa, relinquet.  
19 Tum media Aegypto, perque omnes illius oras,  
Mansuri, votis communibus, armipotenti  
Certatim Domina tituli ponentur, & are,  
20 Nobile divini monumentum, & pignus amoris  
In respiccentem Nili stagnantis alumnū.  
Nam simul ac duris oppressi casibus, alto  
De celo auxilium, lacrymis, pacemque rogabunt,  
Audiet orantes genitor, mittetque potentem  
Propugnatorem, seruatoremque benignum,*

13 Stulti facti sunt  
principes Thaneos:  
emarcuerunt principes Mempheos: dece-  
perunt Aegyptum an-  
gulum populorum  
eius.

14 Dominus miscuit  
in medio eius spinae  
vertiginis, & errare fe-  
cerunt Aegyptum in  
omni opere suo, sicut  
errat ebrius & vemens.

15 Et non erit Aegy-  
pto opus quod faciat  
caput & caudam in-  
curvantem & refre-  
nantem.

16 In die illa erit Ae-  
gyptus quasi mulieres,  
& stupebunt & time-  
bunt à facie commo-  
tionis manus Domini  
exercituum quā ipse  
mouebit super eam.

17 Et erit terra Iuda  
Aegypto in paorem:  
omnis qui fuerit illi  
recordatus, pauebit à  
facie consilij Domini  
exercituum, quod ipse  
cogitauit super eam.

18 In die illa erunt  
quinque ciuitates in  
terra Aegypti loquē-  
tes lingua Chanaan, &  
iurantes per Dominum  
exercituum: Ciuitas  
Solis vocabitur una.

19 In die illa erit al-  
tare Domini in me-  
dio terræ Aegypti, &  
titulus Domini iuxta  
terminum eius.

20 Et erit in signum  
& in testimonium Do-  
mini exercituum in  
terra Aegypti. Cla-  
mabunt enim ad Do-  
minum à facie tribu-  
lantis, & mittebunt eis ser-  
uatorem & propu-  
gnatorem qui liberet  
eos.

Qui

Vaticinium  
hoc ratum  
fuisse, aper-  
tissime patet  
ex historia  
facta,

Heliopolis,  
clara Aegy-  
pti ciuitas.

*Qui tot iactatos fatis, tot funera passos  
Seruitio eripiat, iustisque reuendicet armis.*

21 *Et cognoscetur<sup>21</sup> Quām Pharias tu notus erit Deus ille per urbes!  
Domin⁹ ab Aegypto, Quām raro quāmque insolito cumulus honore  
& Aegyptij cognoscet  
Dominum in die illa.  
Et cultum & gratum populi experietur amorem!  
Et colet eum in ho- Multa frequensq; illi iugulis cadet hostia cæsis,  
stis & in muneribus. Sacrāque deuoto spumabunt vasa cruento,  
Et vota vobebunt Do- Multa coronatas pretiosa ferentur ad aras  
mino & soluent. Munera, nullus erit voti non ritè soluti  
Iure reus, soluent omnes quodcumque vobebunt.*

22 *Et percutiet Do-<sup>22</sup> Et merito: quis enim à quo accepit plagam, ab eodem  
minus Aegyptū pla- Speret opem? Deus ille tamen, mirabile dictu,  
ga, & sanabit eam. Et Qui vulnus dederat, cataplasma salubre dolenti  
reuertentur ad Domi- Applicat, & rare inuentu succum panacea.  
num & placabitur & sanabit eos.*

23 *In die illa erit via Quas colit Assyrus, quas demetit accola Nili,  
de Aegypto in Assy- Florebit, populum commercia mutua utrumque  
ria. Et intrabit Aegy- ptus in Assyria, & As- Securisque aditus redditusque utrinque, perenni  
syrius in Aegyptios, & seruent Aegyptij Nec dissoluendo facient coalescere nexus.  
Assur.*

24 *In die illa erit Is- Israèle, tibi nullo discrimine agetur  
rael tertius Aegyptio & Assyrio. Benedictio O Deus armorum præses, sed habebitur aequo  
in medio terræ, Iure, parique olim sempérque coletur amore.*

25 *Cui benedixit Do-<sup>23</sup> Tu bona tu terris felicibus omina dices  
minus exercitū di- Fausta pater, nullos rata non mansura per annos,  
cens: Benedictus po- Hisque bonus verbis populos animabis amicos:  
pulus meus Aegypti, & opus manuu mea- Maecte noua virtute meus iam factus, aquosam  
rum Assyrus, hæreditas aurem mea Israël. Qui colis Aegyptum, tûque Assyræ incola pinguis,  
Noster eris, vanos hinc iam obliuiscere diuos:  
At tu lecta mihi reliquis præ gentibus olim  
Israëlitici proles certissima Iudeæ,*

*Ne quæso, ne sorte tua tumefacta superbi,  
Sed simul in nostram hanc animis concordibus ite  
Quam dedimus legem, sic vobis prospera cedent  
Omnia, siue homines, seu vos niger impetat Orcus.*

*Multa tamen purganda prius resecandaque restant Cap. 20.*

*Quām noua concordes pax unitat aurea terras.*

*Ecce aliud signum, quo non præsentius ullum,  
Nec dum etenim causas irarum animo expuit omnes,*

*In anno quo ingre- Arripotens genitor cælo demisit ab alto.*

*Sus est Thartan in Azo- Nam vati Amosida, quo Thartan barbarus anno*

*tum, cū misisset eum Sargon rex Assyriorū, Littoream obsedit missu Sargonis Afotum,*

*& pugnasset contra Azotū, & cepisset eā. Obsessamque manu cepit, captamque cruentè*

*Diripuit.*

Non est ac-  
ceptio perso-  
narum apud  
Deum.

Vocationem  
Gentium, &  
euagelij præ-  
dicationem &  
equalē cum  
Iudeis ius  
prædicti hoc  
loco Prophe-  
ta.  
Ecclesiæ con-  
cordistypus,  
aduersus quā  
non præule-  
bunt portæ  
inferi.

## Cap. 20.